

The Office of the Dead.*

When the whole Office is said, it is recited in the manner of a Double, viz., the Vespers on the Eve, and the Matins and Lauds on the following morning, concluding with the appropriate prayers; but at Vespers the Ps. Lauda anima, and at Lauds the De profundis, are omitted on the commemoration of All Souls, and on the day of decease or burial. On other occasions (when only one of the Nocturns and the Lauds are recited) there is but a word or two of the Antiphon before each Psalm recited, and the whole Antiphon at the end thereof.

VESPERS.

Ant. Placebo Domino in regione vivorum.

Ant. I will please the Lord in the land of the living.

PSALM CXIV.

DILEXI, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meae.

Quia inclinavit aurem suam mihi et in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mortis; et pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem et dolorem inveni, et nomen Domini invocavi.

O Domine, libera animam meam; misericors Dominus et justus, et Deus noster miseretur

Custodiens parvulos Dominus; humiliatus sum, et liberavit me.

Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.

IHAVE loved, because the Lord will hear the voice of my prayer.

Because He has inclined His ear to me, and in my days I will call to Him.

The sorrows of death have surrounded me; and the dangers of hell are come upon me.

I have found tribulation and sorrow; and I have invoked the name of the Lord.

O Lord, deliver my soul: the Lord is merciful and just: and Our God shows mercy.

The Lord keeps the little ones; I was humbled, and He delivered me.

Return, my soul, into thy rest; because the Lord has done good to thee.

* The Antiphons are duplicated, i.e., they are said *in full* both at the beginning and at the end of the psalms, when the entire Office of the Dead is recited (Vespers, *three* Nocturns at Matins, and Lauds), as, for instance, on All Souls' day and on the day of burial. Vide Note before *Matins*.

Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu.

Placebo Domino in regione vivorum.

Requiem æternam dona eis, Domine:

Et lux perpetua luceat eis.

Ant. Placebo Domino in regione vivorum.

Ans. Hei mihi, Domine, quia incolatus meus prolongatus est.

Because He has delivered my soul from death, my eyes from tears, and my feet from slipping.

I will please the Lord in the land of the living.

Grant them eternal rest, O Lord:

And let perpetual light shine on them.

Ant. I will please the Lord in the land of the living.

Ans. Woe is me, O Lord, that my abode is prolonged.

PSALM CXIX.

AD Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me.

Domine, libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.

Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar; multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem eram pacificus; cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Requiem æternam.

Ant. Hei mihi, Domine, quia incolatus meus prolongatus est.

Ant. Dominus, custodit te ab omni malo: custodit animam tuam Dominus.

WHEN I was in tribulation I cried to the Lord; and He heard me.

O Lord, deliver my soul from unjust lips, and from a deceitful tongue.

What is to be given to thee, or what is to be added to thee, to a deceitful tongue?

The sharp arrows of the mighty, with coals of desolation.

Woe is me, that my abode is prolonged. I have dwelt with the inhabitants of Cedar; my soul has been long a sojourner.

I was peaceable with those that hated peace; when I spoke to them, they insulted me for no reason.

Grant them eternal rest.

Ant. Woe is me, O Lord, that my abode is prolonged.

Ant. The Lord preserve thee from all evil: may the Lord keep thy soul.

PSALM CXX.

IEVAVI oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, qui fecit cœlum et terram.

Non det in commotionem pedem tuam, neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel.

Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitum tuum et exitum tuum, ex hoc nunc et usque in sæculum.

Requiem æternam.

Ant. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.

Ant. Si iniquitates observaveris Domine; Domine, quis sustinebit?

ILIFTED up my eyes to the mountains: from whence my help will come.

My help is from the Lord, Who made heaven and earth.

May He not suffer thy foot to be moved; and may He not slumber that keeps thee.

Lo, He will not slumber nor sleep: that keeps Israel.

Our Lord keeps thee, Our Lord is thy protection: on thy right hand.

The sun shall not burn thee by day: nor the moon by night.

The Lord preserveth thee from all evil; may the Lord keep thy soul.

May the Lord keep thy coming in and thy going out: from henceforth, now, and for ever.

Grant them eternal rest.

Ant. The Lord preserve thee from all evil: may the Lord keep thy soul.

Ant. If Thou wilt observe iniquities, O Lord; Lord, who shall bear it?

PSALM CXXIX.

DE profundis clamavi ad te, Domine; Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?

OUT of the depths I have cried unto Thee, O Lord: Lord, hear my voice.

Let Thy ears be attentive: to the voice of my petition.

If Thou wilt observe iniquities, O Lord: Lord, who shall sustain it?

Quia apud te propitiatio est; et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus; speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia; et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam.

Ant. Si iniquitates observaveris Domine; Domine, quis sustinebit?

Ant. Opera manuum tuarum, Domine, ne despicias.

Because with Thee is propitiation: and for Thy law I have expected Thee, O Lord.

My soul hath relied on His word: my soul hath hoped in the Lord.

From the morning watch even until night: let Israel hope in the Lord.

Because with the Lord there is mercy: and with Him plentiful redemption.

And He will redeem Israel from all his iniquities.

Grant them eternal rest.

Ant. If Thou wilt observe iniquities, O Lord; Lord, who shall bear it?

Ant. Despise not, O Lord, the works of Thy hands.

PSALM CXXXVII.

CONFITEBOR tibi, Domine, in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua et veritate tua, quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.

In quacumque die invocavero te exaudi me; multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ, quia audierunt omnia verba oris tui.

Et contententur in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini.

I WILL praise Thee, O Lord, with all my heart: because Thou hast heard the words of my mouth.

In the sight of the angels I will sing to Thee: I will adore in Thy holy temple, and praise Thy name.

For Thy mercy and Thy truth; because Thou hast magnified Thy holy name above everything.

In what day soever I shall call to Thee, hear me: Thou wilt increase strength in my soul.

May all the kings of the earth confess Thee, O Lord; for they have heard all the words of Thy mouth.

And let them sing in the ways of the Lord; because the glory of the Lord is great.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit, et alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me; et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: Domine, misericordia tua in sæculum; opera manuum tuarum ne despicias.

Requiem æternam.

Ant. Opera manuum tuarum, Domine, ne despicias.

V. Audivi vocem de cælo dicentem mihi:

R. Beati mortui qui in Domino moriuntur.

Ant. Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet; et eum qui veniet ad me, non ejiciam foras.

Because the Lord is high, and He beholds the low things; and the high things He knows afar off.

If I shall walk in the midst of trouble, Thou wilt enliven me; and upon the wrath of my enemies Thou hast stretched Thy hand, and Thy right hand hath saved me.

The Lord will repay for me; Thy mercy, O Lord, is for ever: despise not the works of Thy hands.

Grant them eternal rest.

Ant. Despise not, O Lord, the works of Thy hands.

V. I heard a voice from heaven saying to me:

R. Blessed are the dead that die in the Lord.

Ant. All that my Father gives me shall come to me; and him that comes to me I will not cast out.

CANTICLE OF THE BLESSED VIRGIN MARY (*Luke i*).

MAGNIFICAT anima mea Dominum.

Et exultavit spiritus meus, in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo; dispersit superbos mente cordis sui.

MY soul doth magnify the Lord.

And my spirit hath rejoiced in God my Saviour.

Because He has regarded the humility of His handmaid: for behold from henceforth all generations shall call me blessed.

Because He that is mighty has done great things for me and holy is His name.

And His mercy is from generation to generation: to them that fear Him.

He has showed power in His arm: He has dispersed the proud in the conceit of their heart

Deposuit potentes de sede:
et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis,
et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum
suum, recordatus misericordiæ
suæ.

Sicut locutus est ad patres
nostros, Abraham, et semini
ejus in sæcula.

Requiem æternam.

Ant. Omne quod dat mihi
Pater, ad me veniet; et eum
qui veniet ad me, non ejiciam
foras.

He has deposed the mighty
from their seat: and has ex-
alted the humble.

He has filled the hungry
with good things: and has
sent the rich away empty.

He has received Israel His
servant: being mindful of His
mercy.

As He spoke to our fathers;
to Abraham, and his seed
for ever.

Grant them eternal rest.

Ant. All that my Father
gives me shall come to me;
and him that comes to me I
will not cast out.

The following prayers are said kneeling:

Pater noster, *secreto.*

V. Et ne nos inducas in
tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Our Father, *in secret.*

V. And lead us not into
temptation.

R. But deliver us from evil.

*The following Psalm is omitted on November 2d, and on the Day
of Death or Burial:*

PSALM CXLV.

LAUDA anima mea
Dominum: laudabo
Dominum in vita mea;
psallam Deo meo quandiu
fuero.

Nolite confidere in princi-
pibus, in filiis hominum in
quibus non est salus.

Exibit spiritus ejus, et re-
vertetur in terram suam; in
illa die peribunt omnes cogita-
tiones eorum.

Beatus cujus Deus Jacob
adjutor ejus, spes ejus in Do-
mino Deo ipsius; qui fecit
cælum et terram, mare, et
omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in

PRAISE the Lord, O
my soul; I will praise
the Lord while I live; I will
sing to my God as long as I
have being.

Trust not in princes: in
the sons of men, in whom
there is no salvation.

His spirit shall go forth,
and he shall return into his
earth in that day all their
thoughts shall perish.

Blessed is he whose helper
is the God of Jacob: his hope
is in the Lord his God, Who
made heaven and earth, the
sea, and all that are in them.

Who keeps truth for ever,

sæculum; facit iudicium injuriam patientibus; dat escam esurientibus.

Dominus solvit compeditos,
Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos;
Dominus diligit justos.

Dominus custodit advenas,
pupillum et viduam suscipiet,
et vias peccatorum disperdet.

Regnabit Dominus in sæcula,
Deus tuus, Sion, in generationem
et generationem.

Requiem æternam.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animas
eorum.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem
meam.

R. Et clamor meus ad te
veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, qui inter apostolicos, sacerdotes, famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

DEUS, veniæ largitor, et humanæ salutis amator; quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis fratres, propinquos et bene-

does justice for them that suffer wrong; gives food to the hungry.

The Lord looses the fettered; the Lord enlightens the blind.

The Lord lifts up the bruised; the Lord loves the just.

The Lord keeps the strangers; He will receive the orphan and widow; and the ways of sinners He will destroy.

The Lord will reign for ever; thy God, O Sion, from generation to generation.

Grant them eternal rest.

V. From the gates of hell.

R. Deliver their souls, O Lord.

V. May they rest in peace.

R. Amen.

V. O Lord, hear my prayer.

R. And let my cry come to Thee.

V. The Lord be with you.

R. And with thy spirit.

Let us pray.

O God, by Whose favor Thy servants were raised to the dignity of bishops or priests, and so honored with the apostolical functions; grant, we beseech Thee, that they may be admitted to the eternal fellowship of Thy apostles in heaven.

O GOD, the Giver of pardon, and Lover of human salvation, we beseech Thy clemency, that the brethren, relations, and

factores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

FIDELIUM, Deus, omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

R. Amen.

V. Requiem æternam dona eis, Domine.

R. Et lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

benefactors of our Congregation, who are departed this life, may, through the intercession of the blessed Mary, ever a virgin, and of all Thy saints, attain to the fellowship of eternal bliss.

O GOD, the Creator and Redeemer of all the faithful, give to the souls of Thy servants, men and women, the remission of all their sins; that by pious supplications they may obtain the pardon they have always desired. Who livest and reignest world without end.

R. Amen.

V. Eternal rest give to them, O Lord

R. And let perpetual light shine on them.

V. May they rest in peace.

R. Amen.

On the Day of Commemoration of all the Dead only one Prayer is said:

FIDELIUM, Deus, omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patri in unitate Spiritus Sancti Deus.

R. Amen.

V. Requiem æternam dona eis, Domine.

O GOD, the Creator and Redeemer of all the faithful, give to the souls of Thy servants, men and women, the remission of their sins; that by pious supplications they may obtain the pardon they have always desired. Who livest and reignest with God the Father, in the unity of the Holy Ghost, God.

R. Amen.

V. Eternal rest give to them, O Lord.

R. Et lux perpetua luceat
eis.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

R. And let perpetual light
shine on them.

V. May they rest in peace.

R. Amen.

A Prayer on the day of a person's decease.

ABSOLVE, quæsumus,
Domine, animam fa-
mulæ tuæ (vel famulæ tuæ) N.
ut defunctus (vel defuncta)
sæculo tibi vivat: et quæ
per fragilitatem carnis hu-
mana conversatione commi-
sit, tu venia misericordissi-
mæ pietatis absterge: per
Dominum.

R. Amen.

V. Requiem æternam dona
eis, Domine.

R. Et lux perpetua luceat
eis.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

ABSOLVE, we beseech
Thee, O Lord, the
soul of Thy servant, N., that
being dead to the world, he
(or she) may live to Thee.
(or she) may live to Thee.
and whatever he (or she)
has committed through
human frailty, do Thou wipe
away by the pardon of Thy
merciful goodness, through
Our Lord.

R. Amen.

V Grant them eternal rest,
O Lord.

R. And let perpetual light
shine on them.

V. May they rest in peace.

R. Amen.

*A Prayer for a Bishop or Priest deceased. When it is for a Priest,
the word pontificali is omitted, and sacerdotali (in the parenthesis)
is read in its stead.*

DEUS, qui inter aposto-
licos sacerdotes, fa-
mulum tuum N. pontificali
(seu sacerdotali) fecisti di-
gnitate vigere: præsta quæsu-
mus, ut eorum quoque per-
petuo aggregetur consortio:
per Dominum.

O GOD, Who, among Thy
apostolic priests, hast
bestowed on Thy servant, N.,
the pontifical (or priestly)
dignity; grant, we beseech
Thee, that he may also be
joined with them in per-
petual society: through, etc.

For Father and Mother deceased.

DEUS, qui nos patrem et
matrem honorare præ-
cepisti, miserere clementer
animabus patris ac matris
meæ, eorumque peccata di-
mitte, meque eos in æternæ
claritatis gaudio fac videre:
per Dominum.

O GOD, Who hast com-
manded us to honor
our father and mother, have
compassion, in Thy mercy,
on the souls of my father and
mother, and forgive them
their sins, and grant that we
may meet in the joy of
eternal bliss: through, etc.

For a Father deceased.

DEUS, qui nos patrem honorare præcepisti, miserere clementer animæ patris mei, ejusque peccata dimitte, meque eum in æternæ claritatis gaudio fac videre: per Dominum.

O GOD, Who hast commanded us to honor our father, have mercy, through Thy goodness, on the soul of my father, and forgive him his sins, and grant I may see him in the joy of eternal bliss: through, etc.

For a Mother deceased.

DEUS, qui nos matrem honorare præcepisti, miserere clementer animæ matris meæ, ejusque peccata dimitte, meque eam in æternæ claritatis gaudio fac videre: per Dominum.

O GOD, Who hast commanded us to honor our mother, have mercy, through Thy goodness, on the soul of my mother, and forgive her her sins, and grant that I may see her in the joy of eternal bliss: through, etc.

For a Man deceased.

INCLINA, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animam famuli tui, quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas: et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem: per Dominum.

INCLINE, O Lord, Thy ear to our prayers, in which we humbly beseech Thy mercy; that Thou wouldst place the soul of Thy servant, which Thou hast caused to depart from this world, into the region of peace and light; and unite it in the fellowship of Thy saints: through, etc.

For a Woman deceased.

QUÆSUMUS, Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ; et contagiis mortalitatis exutam, in æternæ salvationis partem restitue: per Dominum

WE beseech Thee, O Lord, for Thy goodness, have mercy on the soul of Thy servant, and being freed from the corruption of mortality, restore her the portion of eternal salvation: through, etc.

On the Anniversary. If it be for one person only, it is to be said in the singular number.

DEUS indulgentiarum Domine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem: per Dominum.

O LORD, the God of pardon, give to the souls of Thy servants, men and women departed, whose anniversary day of decease we commemorate, the seat of refreshment, the happiness of rest, and the brightness of eternal light: through, etc.

For Brethren, Relations, and Benefactors.

DEUS, veniæ largitor et humanæ salutis amator; quæsumus clementiam tuam, ut nostræ Congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas: per Dominum.

O GOD, the Giver of pardon, and Lover of human salvation, we beseech Thy clemency to grant that the brethren, relations, and benefactors of our Congregation, who are departed this world, may, by the intercession of the Blessed Mary, ever virgin, and of all Thy saints, attain to the fellowship of eternal beatitude: through, etc.

For the Dead in general.

FIDELIUM, Deus, omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum.

O GOD, the Creator and Redeemer of all the faithful, give to the souls of Thy servants, men and women, the remission of all their sins: that by pious supplications they may obtain the pardon which they have always desired. Who livest and reignest with God the Father, in the unity of the Holy Ghost, one God, world without end.

R. Amen.

R. Amen.

AT MATINS.

The following Invitatory is recited on All Souls' Day, and on the day of burial, when the three Nocturns are said and the Antiphons are doubled, whereas the Office begins with the Antiphon of the Psalms of the Nocturn whenever only one Nocturn is said with the Lauds. The following order is observed: On Monday and Thursday the first Nocturn; on Tuesday and Friday the second Nocturn; on Wednesday and Saturday the third Nocturn is recited.

THE INVITATORY.

REGEM cui omnia vivunt,
venite adoremus.

*Regem cui omnia vivunt,
venite adoremus.*

QOME, let us adore the
King, to Whom all
things live.

*Come, let us adore the
King, to Whom all things
live.*

PSALM XCIV.

VENITE, exultemus Do-
mino; jubilemus Deo
salutari nostro; præoccu-
pemus faciem ejus in con-
fessione, et in psalmis jubile-
mus ei.

*Regem cui omnia vivunt,
venite adoremus.*

Quoniam Deus magnus
Dominus, et rex magnus
super omnes deos; quoniam
non repellet Dominus ple-
bem suam, quia in manu
ejus sunt omnes fines terræ:
et altitudines montium ipse
conspicit.

Venite adoremus.

Quoniam ipsius est mare,
et ipse fecit illud, et aridam
fundaverunt manus ejus
Venite adoremus, et proci-
damus ante Deum: ploremus
coram Domino, qui fecit
nos, quia ipse est Dominus

QOME, let us rejoice in
the Lord, let us joy-
fully cry out to God our
Saviour: let us approach
His presence in praise, and
let us sing joyfully in
psalms to Him.

*Come, let us adore the
King, to Whom all things live.*

Because the Lord is a
great God, and a great King
above all Gods: because the
Lord repels not His people,
for in His hands are all the
bounds of the earth: and
He beholds the heights of the
mountains.

Come, let us adore.

Because the sea is His, and
He made it, and His hands
formed the dry land: come
let us adore, and fall down
before God: let us lament
before the Lord that made
us: because He is the Lord

Deus noster: nos autem
populus ejus, et oves pascuæ
ejus.

*Regem cui omnia vivunt,
venite adoremus.*

Hodie si vocem ejus au-
dieritis, nolite obdurare cor-
da vestra, sicut in exacer-
batione secundum diem ten-
tationis in deserto: ubi
tentaverunt me patres ves-
tri, probaverunt et viderunt
opera mea.

Venite adoremus.

Quadraginta annis proxi-
mus fui generationi huic, et
dixi, semper hi errant cor-
de: ipsi vero non cognove-
runt vias meas, quibus ju-
ravi in ira mea, si introibunt
in requiem meam.

*Regem cui omnia vivunt,
venite adoremus.*

Requiem æternam dona
eis, Domine, et lux perpetua
luceat eis.

Venite adoremus.

*Regem cui omnia vivunt,
venite adoremus.*

our God: and we are His
people, and the sheep of His
pasture.

*Come, let us adore the
King, to Whom all things
live.*

To-day, if you shall hear
His voice, harden not your
hearts, as in the provoca-
tion, according to the day
of temptation in the wilder-
ness where your fathers
tempted Me, they proved,
and saw My works.

Come, let us adore.

Forty years was I nigh to
this generation, and said
they always err in their
hearts: and have not known
My ways, to whom I swore
in My wrath, that they
should not enter into My
rest.

*Come, let us adore the
King, to Whom all things live.*

Grant them eternal rest,
O Lord, and let perpetual
light shine on them.

Come, let us adore.

*Come, let us adore the King,
to Whom all things live.*

In the First Nocturn.

On Monday and Thursday.

Ant. Dirige, Domine Deus
meus, in conspectu tuo, viam
meam.

Ant. Direct, O Lord my
God, my way in Thy sight.

PSALM V.

VERBA mea auribus per-
cipe, Domine; intel-
lige clamorem meum.

Intende voci orationis
meæ, rex meus et Deus
meus.

GIVE ear, O Lord, to my
words: hearken to my
cry.

Attend to the voice of my
prayer: O my King and
my God.

Quoniam ad te orabo,
Domine, mane, exaudies
vocem meam.

Mane astabo tibi, et vide-
bo: quoniam non Deus vo-
lens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te
malignus, neque permane-
bunt iniqui ante oculos
tuos

Odisti omnes qui operan-
tur iniquitatem; perdes
omnes qui loquuntur men-
dacium.

Virum sanguinum et do-
losum abominabitur Domi-
nus; ego autem in multitu-
dine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam;
adorabo ad templum sanc-
tum tuum in timore tuo.

Domine, deduc me in jus-
titia tua; propter inimicos
meos dirige in conspectu tuo
viam meam.

Quoniam non est in ore
eorum veritas; cor eorum
vanum est.

Sepulcrum patens est
guttur eorum; linguis suis
dolose agebant, judica illos,
Deus.

Decidant a cogitationibus
suis, secundum multitudi-
nem impietatum eorum expelle
eos, quoniam irritaverunt
te, Domine.

Et lætentur omnes qui
sperant in te, in æternum
exultabunt, et habitabis in
eis.

Et gloriabuntur in te
omnes qui diligunt nomen
tuum, quoniam tu benedices
justo.

Because I will pray to Thee:
O Lord, in the morning Thou
wilt hear my voice.

In the morning I will
stand before Thee and will
see: for Thou art not a
God that willest iniquity.

Neither shall the wicked
dwell near Thee: nor the
unjust abide before Thy
eyes.

Thou hatest all that work
iniquity: Thou wilt destroy
all those that speak a lie.

The bloody and deceitful
man the Lord will abhor:
but I, in the multitude of
Thy mercies.

I will enter into Thy house.
I will adore at Thy holy
temple in Thy fear.

Conduct me, O Lord, in
Thy justice: because of my
enemies, direct my way in
Thy sight.

Because there is no truth
in their mouth: their heart
is vain.

Their throat is a gaping
sepulcher, they dealt deceit-
fully with their tongues:
judge them, O God.

Let them fail in their
designs; according to the
multitude of their impieties
expel them, for they have
provoked Thee, O Lord.

And let all be glad that
hope in Thee; they shall re-
joice for ever: and Thou
wilt dwell in them.

And all that love Thy
name shall glory in Thee,
because Thou wilt bless the
just.

Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

Requiem æternam.

Ant. Dirige, Domine Deus meus, in conspectu tuo viam meam.

Ant. Convertere, Domine, et eripe animam meam: quoniam non est in morte, qui memor sit tui.

Lord, as with a shield of Thy good will Thou hast crowned us

Grant them eternal rest.

Ant. Direct, O Lord, my God, my steps in Thy sight.

Ant. Turn, O Lord, and deliver my soul: for there is none in death who will be mindful of Thee.

PSALM VI.

DOMINE, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum; sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde; sed tu, Domine, usquequo?

Convertere, Domine, et eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo; lavabo per singulas noctes lectum meum; lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus; inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam; Dominus orationem meam suscepit.

LORD, rebuke me not in Thy fury, nor chastise me in Thy wrath.

Have mercy on me, O Lord, because I am infirm: heal me, O Lord, because my bones are disordered.

And my soul is very much troubled: but Thou, O Lord, how long?

Turn, O Lord, and deliver my soul: save me for Thy mercy's sake

Because there is none in death that is mindful of Thee, and in hell who will praise Thee?

I have labored in my sighing, every night I will wash my bed: I will water my couch with my tears.

My eye is troubled with fury; I am grown old among all my enemies.

Depart from me, all ye that work iniquity: because the Lord has heard the voice of my weeping.

The Lord has heard my petition: the Lord has received my prayer.

Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei; convertantur, et erubescant valde velociter.

Requiem æternam.

Ant. Convertere, Domine, et eripe animam meam: quoniam non est in morte, qui memor sit tui.

Ant. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Let all my enemies blush and be troubled exceedingly: let them be turned back and ashamed very speedily.

Grant them eternal rest.

Ant. Turn, O Lord, and deliver my soul: for there is none in death who will be mindful of Thee.

Ant. Lest at any time the enemy snatch my soul as a lion, whilst there is none to redeem, nor to save it.

PSALM VII.

DOMINE Deus meus, in te speravi; salvum me fac ex omnibus persequentibus me, et libera me.

Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis:

Si reddidi retribuētibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, et conculcet in terra vitam meam, et gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge, Domine, in ira tua; et exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge, Domine Deus meus; in præcepto quod mandasti; et synagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere. Dominus judicat populos.

O LORD, my God, I have hoped in Thee: save me from all that persecute me, and deliver me.

Lest at any time he snatch away my soul as a lion: whilst there is none to redeem, nor to save it.

O Lord my God, if I have done this: if there be iniquity in my hands:

If I have repaid to them that returned the evils; let me deservedly fall empty before mine enemies.

Let the enemy persecute my soul, and seize it, and tread down my life on the earth; and bring down my glory into dust.

Arise, O Lord, in Thy wrath; and be exalted in the borders of my enemies.

And arise, O Lord my God, in the precept which Thou hast commanded: and an assembly of people shall encompass Thee.

And for this return on high: the Lord judges the people.

Judica me, Domine, secundum justitiam meam, et secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum; et diriges justum, scrutans corda et renes, Deus.

Justum adjutorium meum a Domino, qui salvos facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, et patiens; numquid irascitur per singulos dies?

Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit; arcum suum tetendit, et paravit illum.

Et in eo paravit vasa mortis; sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injustitiam; concepit dolorem, et peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, et effodit eum; et incidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus, et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.

Confitebor Domino secundum justitiam ejus, et psallam nomini Domini altissimi.

Requiem æternam.

Ant. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

V. A porta inferi,

R. Erue, Domine, animas eorum.

Pater noster, secreto.

Judge me, O Lord, according to my justice: and according to my innocence upon me.

The wickedness of sinners shall be consumed, and Thou wilt direct the just: who searchest the hearts and reins, O God.

My just help is from the Lord: Who saves the right of heart.

God is a just Judge, strong and patient; is He angry every day?

Except ye be converted He will shake His sword: He has bent His bow, and prepared it:

And in it He has prepared weapons of death: He has made His arrows with fierce points.

Behold he has bred injustice: he has conceived sorrow, and brought forth iniquity.

He has opened a pit and digged it up: and he is fallen into the ditch which he made.

His sorrow shall be turned upon his head: and his iniquity shall descend upon his crown.

I will praise Our Lord according to His justice: and will sing to the name of the most high Lord.

Grant them eternal rest.

Ant. Lest at any time the enemy snatch my soul as a lion, whilst there is none to redeem, nor to save it.

V. From the gates of hell,

R. Deliver their soul. O Lord.

Our Father, *in secreto.*

The First Lesson. Job vii.

PARCE mihi, Domine, nihil enim sunt dies mie. Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eam diluculo, et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me ut glutiam salivam meam? Peccavi, quid faciam tibi, O custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihi metipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum? et quare non auferis iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam, et si mane me quæsieris, non subsistam.

R. Credo quod Redemptor meus vivit; et in novissimo die de terra surrecturus sum; et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum

V. Quem visurus sum ego ipse, et non alius, et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne mea, etc.

SPARE me, O Lord, for my days are nothing. What is man, that Thou magnifiest him? or why settest Thou Thy heart toward him? Thou dost visit him early, and suddenly Thou provest him: how long dost Thou not spare me, nor suffer me to swallow my spittle? I have sinned: what shall I do to Thee, O keeper of men? Why hast Thou set me contrary to Thee, and I am become burthensome to myself? Why dost Thou not take away my sin, and why dost Thou not take away my iniquity? Behold now I shall sleep in the dust, and if Thou seek me in the morning, I shall not be.

R. I believe that my Redeemer liveth, and that in the last day I shall rise from the earth, and in my flesh I shall see my Saviour.

V. Whom I myself shall see, and not another, and my eyes shall behold. And in my flesh, etc.

The Second Lesson. Job x

TÆDET animam meam vitæ meæ, dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi, cur me ita judices. Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves?

MY soul is weary of life, I will let go my speech against myself, I will speak in the bitterness of my soul. I will say to God, Condemn me not; show me why Thou judgest me so. Does it seem good to Thee, if Thou calumniate me, and oppress me, the work of Thy hands, and help the design

Numquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, et tu videbis? Numquid sicut dies hominis dies tui; et anni tui sicut humana sunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.

R. Qui Lazarum resuscitasti a monumento foetidum. Tu eis, Domine, dona requiem, et locum indulgentiæ.

V. Qui venturus es iudicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. Tu eis, Domine, etc.

of the impious? Hast Thou eyes of flesh; or as a man sees, shalt Thou also see? Are Thy days as the days of man; and are Thy years as the times of men, that Thou shouldst seek my iniquity, and search my sin? And Thou mayst know that I have done no impious thing; whereas there is no man that can escape out of Thy hand.

R. Thou Who didst raise Lazarus fetid from the grave. Thou, O Lord, give them rest, and a place of pardon.

V. Who art to come to judge the living and the dead, and the world by fire. Thou, O Lord, etc.

The Third Lesson. Job x.

MANUS tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente præcipitas me? Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

R. Domine, quando venis iudicare terram, ubi me abscondam a vultu iræ tuæ? Quia peccavi nimis in vita mea.

V. Commissa mea pavesco, et ante te erubescio: dum

THY hands have made me and framed me, wholly round about; and dost Thou thus suddenly cast me down headlong? Remember, I beseech Thee, that as clay Thou didst make me, and into dust Thou wilt bring me again. Hast Thou not milked me like milk, and curdled me like cheese? With skin and flesh hast Thou clothed me: with bones and sinews hast Thou bound me. Life and mercy Thou hast given me, and Thy visitation has kept my spirit.

R. O Lord, when Thou shalt come to judge the earth, where shall I hide myself from the face of Thy wrath? For I have sinned exceedingly in my life.

V. I dread my misdeeds, and blush before Thee: do

veneris iudicare, noli me
condemnare. Quia peccavi
nimis in vita mea.

not condemn me, when Thou
shalt come to judge. For
I have sinned exceedingly in
my life.

V. Requiem æternam dona
eis, Domine, et lux perpetua
luceat eis. Quia peccavi ni-
mis in vita mea.

V. Grant them eternal rest,
O Lord, and let perpetual
light shine on them. For I
have sinned exceedingly in
my life.

Here the Lauds are recited when the first Nocturn only is said.

In the Second Nocturn.

On Tuesday and Friday.

Ant. In loco pascuæ ibi me
collocavit.

Ant. In a place of pasture,
He has put me there.

PSALM XXII.

DOMINUS regit me, et
nihil mihi deerit: in
loco pascuæ ibi me collocavit.

THE Lord rules me, and I
shall want nothing: in
a place of pasture, He has
put me there.

Super aquam refectionis
educavit me, animam meam
convertit.

Near the refreshing waters
He has brought me up: and
has converted my soul.

Deduxit me super semitas
justitiæ, propter nomen su-
um:

He has conducted me in
the paths of justice, for His
name's sake.

Nam et si ambulavero in
medio umbræ mortis, non
timebo mala, quoniam tu me-
cum es.

For though I shall walk
in midst of the shadow of
death, I will not fear evils:
because Thou art with me.

Virga tua, et baculus tu-
us, ipsa me consolata sunt.

Thy rod and Thy staff:
they have comforted me.

Parasti in conspectu meo
mensam, adversus eos qui
tribulant me.

Thou hast prepared in
my sight a table: against
them that afflict me.

Impinguasti in oleo caput
meum; et calix meus inebri-
ans quam præclarus est!

Thou hast anointed my
head with oil: and my in-
ebriating cup, how excellent
is it!

Et misericordia tua sub-
sequatur me omnibus die-
bus vitæ meæ.

And Thy mercy shall fol-
low me: all the days of my
life.

Et ut inhabitem in domo
Domini, in longitudinem die-
rum.

And that I may dwell in
the house of the Lord: for
length of days.

Requiem æternam.

Ant. In loco pascuæ ibi me collocavit.

Ant. Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas, ne memineris, Domine.

Grant them eternal rest.

Ant. In a place of pasture, He has put me there.

Ant. The offences of my youth and my ignorances, remember not, O Lord.

PSALM XXIV.

AD te, Domine, levavi animam meam. Deus meus, in te confido; non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei; etenim universi qui sustinent te non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes supervacue.

Vias tuas, Domine, demonstra mihi, et semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me, quia tu es Deus salvator meus, et te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum, Domine, et misericordiarum tuarum quæ a sæculo sunt.

Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam, memento mei tu; propter bonitatem tuam, Domine.

Dulcis et rectus Dominus; propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio; docebit mites vias suas.

Universæ viæ Domini, mi-

TO Thee, O Lord, I have lifted up my soul: my God, in Thee I put my trust, let me not be ashamed.

Neither let my enemies insult over me: for all that hope in Thee shall not be confounded.

Let all be confounded: who vainly do unjust things.

Show me Thy ways, O Lord: and teach me Thy paths.

Direct me in Thy truth, and teach me: because Thou art God my Saviour, and Thee I have expected all the day.

Remember Thy compassions, O Lord: and Thy mercies that are from the beginning of the world.

The sins of my youth: and my ignorances, remember not.

According to Thy mercy do Thou remember me: for Thy goodness' sake, O Lord.

The Lord is sweet and righteous: for this cause He will give a law to them that sin in the way.

He will direct the mild in judgment: He will teach the meek His ways.

All the ways of the Lord

sericordia et veritas, requirantibus testamentum ejus et testimonia ejus.

Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo; multum est enim.

Quis est homo qui timet Dominum? Legem statuit ei in via, quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur; et semen ejus hereditabit terram.

Firmamentum est Dominus timentibus eum; et testamentum ipsius ut manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, et miserere mei; quia unicus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt; de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte universa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, et erue me; non erubescam, quoniam speravi in te.

Innocentes et recti adhæserunt mihi, quia sustinui te.

Libera, Deus, Israel ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem æternam.

Ant. Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas, ne memineris Domine.

are mercy and truth: to them that seek His testament and His testimonies.

For Thy name, O Lord, Thou wilt be propitious to my sin: for it is great.

Who is the man that fears the Lord? He appoints him a law in the way he has chosen.

His soul shall abide in the good things: and his seed shall inherit the land.

The Lord is a support to them that fear Him: and that His testament may be manifested to them.

My eyes are always toward the Lord: because He will deliver my feet out of the snare.

Look upon me, and have mercy on me: because I am alone and poor.

The tribulations of my heart are multiplied: deliver me from my necessities.

See my humiliation and my labor: and remit all my sins.

Look upon my enemies, for they are multiplied: and with unjust hatred they hated me.

Keep my soul, and deliver me: I shall not be ashamed, because I have hoped in Thee.

The innocent and righteous have adhered to me: because I have expected Thee.

Deliver Israel, O God, out of all his tribulations.

Grant them eternal rest.

Ant. The offences of my youth and my ignorances, remember not, O Lord.

Ant. Credo videre bona
Domini in terra viventium.

Ant. I believe I shall see
the good things of the Lord
in the land of the living.

PSALM XXVI.

DOMINUS illuminatio mea
et salus mea; quem
timebo?

Dominus protector vitæ
meæ; a quo trepidabo?

Dum appropiant super me
nocentes, ut edant carnes
meas.

Qui tribulant me inimici
mei, ipsi infirmati sunt et
cecidērunt.

Si consistant adversum me
castra, non timebit cor me-
um.

Si exurgat adversum me
prælium, in hoc ego sperabo.

Unam petii a Domino,
hanc requiram, ut inhabitem
in domo Domini omnibus
diebus vitæ meæ.

Ut videam voluptatem
Domini, et visitem tem-
plum ejus.

Quoniam abscondit me in
tabernaculo suo; in die
malorum protexit me in
abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me, et
nunc exaltavit caput meum
super inimicos meos.

Circuivi, et immolavi in
tabernaculo ejus hostiam
vociferationis; cantabo, et
psalmum dicam Domino.

Exaudi, Domine, vocem
meam, qua clamavi ad te;

THE Lord is my light and
my salvation: whom
shall I fear?

The Lord is the protector
of my life: who shall make
me tremble?

Whilst the wicked ap-
proach to me: to devour my
flesh.

My enemies that afflict me:
themselves are weakened, and
are fallen.

If camps stand against me:
my heart shall not fear.

If battle rise up against
me: in this will I hope.

One thing have I asked of
the Lord, this will I seek:
that I may dwell in the
house of the Lord all the
days of my life.

That I may see the delight
of the Lord: and visit His
temple.

Because He has hid me in
His tabernacle: in the day
of evils He has protected me
in the secret of His taber-
nacle.

On a rock He has exalted
me; and now He hath ex-
alted my head above my
enemies.

I have gone round, and
have immolated in His taber-
nacle a host of loud accla-
mation: I will sing and say a
psalm to the Lord.

Hear my voice, O Lord,
wherewith I have cried to

miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea; faciem tuam, Domine, requiram.

Ne avertas faciem tuam a me; ne declines in ira a servo tuo.

Adjutor meus esto; ne derelinquas me, neque despicias me, Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi, Domine, in via tua, et dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini in terra viventium.

Expecta Dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

Requiem æternam.

Ant. Credo videre bona Domini in terra viventium.

V. Collocet eos Dominus cum principibus.

R. Cum principibus populi sui.

Pater noster, *secreto.*

Thee: have mercy on me, and hear me.

My heart has spoken to Thee, my face has sought Thee out: Thy face, O Lord, I will seek.

Hide not Thy face from me: turn not away in wrath from Thy servant.

Be Thou my helper: forsake me not, nor despise me, O God my Saviour.

Because my father and my mother have forsaken me: but the Lord has received me.

Set me a law, O Lord, in Thy way; and direct me in the right paths, because of my enemies.

Deliver me not to the will of them that afflict me; because unjust witnesses have risen up against me, and iniquity has lied to itself.

I believe I shall see the good things of the Lord in the land of the living.

Expect the Lord, do manfully: and let thy heart take courage, and expect thou the Lord.

Grant them eternal rest.

Ant. I believe I shall see the good things of the Lord in the land of the living.

V. May the Lord place them with the princes.

R. With the princes of His people.

Our Father, *in secret.*

The Fourth Lesson. Job xiii.

RESPONDE mihi: quantas habeo iniquitates, et peccata: scelera mea et

ANSWER me; how many iniquities and sins I have: my crimes and my

delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum? Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in nervo pedem meum, et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur a tinea.

R. Memento mei, Deus, quia ventus est vita mea: nec aspiciat me visus hominis.

V. De profundis clamavi ad te, Domine: Domine, exaudi vocem meam. Nec aspiciat, etc.

offences show me. Why dost Thou hide Thy face, and esteem me Thy enemy? Against the leaf that is carried away with the wind, Thou showest Thy power, and pursuest a dry straw. For Thou writest bitter things against me, and hast a mind to consume me for the sins of my youth. Thou hast put my feet in the stocks, and hast observed all my paths, and hast considered the steps of my feet. Who as rottenness am to be consumed, and as a garment that is eaten by the moth.

R. Remember me, O God, because my life is but wind, nor may the sight of man behold me.

V. Out of the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my voice. Nor may, etc.

The Fifth Lesson. Job xiv.

HOMO natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super hujusmodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu, qui solus es? Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est. Constituisti terminos ejus,

MAN born of a woman, living a short time, is filled with many miseries. Who as a flower comes forth, and is destroyed, and flies away as a shadow, and never abides in the same state. And dost Thou count it a worthy thing, to open Thy eyes on such a one, and to bring him with Thee into judgment? Who can make him clean that is conceived of unclean seed? Is it not Thou Who only art? The days of man are short, the number of his months is

qui præteriri non poterunt. Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarii dies ejus.

R. Hei mihi, Domine, quia peccavi nimis in vita mea: quid faciam, miser, ubi fugiam, nisi ad te, Deus meus? Miserere mei dum veneris in novissimo die.

V. Anima mea turbata est valde: sed tu, Domine, succurre ei. Miserere mei.

The Sixth Lesson. Job xiv.

QUIS mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, et abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putasne mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus, quibus nunc milito, exspecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, et ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed parce peccatis meis.

R. Ne recorderis peccata mea, Domine, dum veneris judicare sæculum per ignem.

V. Dirige, Domine Deus meus, in conspectu tuo viam meam. Dum veneris judicare sæculum per ignem.

with Thee; Thou hast appointed his limits, which can not be passed. Depart a little from him, that he may rest, till his wished-for day comes, even as that of the hired man.

R. Woe is me, O Lord, because I have sinned exceedingly in my life: O wretch, what shall I do, whither shall I fly but to Thee, my God? Have mercy on me when Thou comest at the last day.

V. My soul is greatly troubled; but Thou, O Lord, succor it. Have mercy on me.

WHO will grant me this, that Thou mayest protect me in hell, and hide me till Thy wrath pass away, and appoint me a time wherein Thou wilt remember me? Shall a man that is dead, thinkest Thou, live again? All the days in which I am now in warfare, I expect till my change comes. Thou shalt call me and I shall answer Thee: to the work of Thy hands Thou shalt stretch out Thy right hand. Thou indeed hast numbered my steps, but spare my sins.

R. Remember not my sins, O Lord, when Thou shalt come to judge the world by fire.

V. Direct, O Lord my God, my way in Thy sight. When Thou shalt come to judge the world by fire.

V. Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis: Dum veneris, etc.

V. Grant them eternal rest, O Lord, and let perpetual light shine on them: When, etc.

Here the Lauds are recited, when the Second Nocturn only is said.

In the Third Nocturn.

On Wednesday and Saturday.

Ant. Complaceat tibi, Domine, ut eripias me: Domine, ad adiuvandum me respice.

Ant. May it please Thee, O Lord, to deliver me: Lord, have regard to help me.

PSALM XXXIX.

EXPECTANS, expectavi Dominum, et intendit mihi.

Et exaudivit preces meas, et eduxit me de lacu miseriæ et de luto fæcis.

Et statuit super petram pedes meos, et direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro.

Videbunt multi, et timebunt, et sperabunt in Domino.

Beatus vir cujus est nomen Domini spes ejus, et non respexit in vanitates et insanias falsas.

Multa fecisti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua; et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annuntiavi et locutus sum, multiplicati sunt super numerum.

EXPECTING, I expected the Lord: and He has heard me.

He heard my prayers, and brought me out of the lake of misery, and from the mire of dregs.

And He has set my feet upon a rock: and has directed my steps.

And He has put a new song into my mouth: a song to Our God.

Many shall see, and shall fear: and they shall hope in the Lord.

Blessed is the man whose hope is the name of the Lord: and has not regarded vanities, and false madness.

Thou hast done many wonderful things, O Lord my God: and in Thy thoughts there is none like to Thee.

I have declared and have spoken: they are multiplied above number.

Sacrificium et oblationem noluisti; aures autem perfecisti mihi.

Holocaustum, et pro peccato non postulasti; tunc dixi: Ecce venio.

In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam. Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo; Domine, tu scisti.

Justitiam tuam non abscondi in corde meo; veritatem tuam et salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam: a concilio multo.

Tu autem, Domine, ne longe facias miserationes tuas a me; misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus; comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui ut viderem.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, et cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi, Domine, ut eruas me; Domine, ad adiuvandum me respice.

Confundantur et reveerantur simul, qui quærunt animam meam, ut auferant eam.

Convertantur retrorsum et reveerantur, qui volunt mihi mala.

Ferant confestim confu-

Sacrifice and oblation Thou wouldst not: but ears Thou hast perfected to me.

Burnt-offering and sin-offering Thou didst not require: then said I, Behold I come.

In the head of the book it is written of me, that I shall do Thy will; my God, I am willing, and have Thy law in the midst of my heart.

I have declared Thy justice in the church: behold I will not stay my lips, Lord, Thou hast known it.

Thy justice I have not hid in my heart: Thy truth and Thy salvation I have spoken.

I have not hidden Thy mercy and truth: from the great council.

But Thou, O Lord, remove not Thy compassion far from me: Thy mercy and Thy truth have always received me.

Because evils without number have encompassed me: my iniquities have overtaken me, and I was not able to see.

They are multiplied above the hairs of my head: and my heart has forsaken me.

May it please Thee, O Lord, to deliver me: Lord, have regard to help me.

Let them be confounded and ashamed together, who seek my soul: to take it away.

Let them be turned backward, and be ashamed: who desire evils to me.

Let them forthwith receive

sionem suam, qui dicunt mihi; Euge, euge!

Exultent et lætentur super te omnes quærentes te, et dicant semper: Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem mendicus sum, et pauper; Dominus sollicitus est mei.

Adjutor meus et protector meus tu es; Deus meus, ne tardaveris.

Requiem æternam.

Ant. Complacet tibi, Domine, ut eripias me: Domine, ad adjuvandum me respice.

Ant. Sana, Domine, animam meam: quia peccavi tibi.

their confusion; who say to me, Well, Well.

Let all that seek Thee rejoice and be glad in Thee: and let them that love Thy salvation say always, The Lord be magnified.

But I am needy and poor: the Lord is careful of me.

Thou art my helper and my protector: my God, do not delay.

Grant them eternal rest.

Ant. May it please Thee, O Lord, to deliver me: Lord, have regard to help me.

Ant. Heal my soul, O Lord, because I have sinned against Thee.

PSALM XL.

BEATUS qui intelligit super egenum et pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus; universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus.

Ego dixi: Domine, miserere mei; sana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, et peribit nomen ejus?

Et si ingrediebatur ut videret, vana loquebatur; cor

BLESSED is the man that thinks on the needy and poor: in the evil day the Lord will deliver him.

May the Lord preserve him and give him life, and make him blessed in the land: and deliver him not to the will of his enemies.

May the Lord help him on his bed of sorrow: thou hast turned all his couch in his sickness.

I said: Lord, have mercy on me: heal my soul, because I have sinned against Thee.

My enemies have said evil things to me: when shall he die, and his name perish?

And if he came in to see, he spoke vain things: his

ejus congregavit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras et loquebatur.

In idipsum adversum me susurrabant omnes inimici mei; adversum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt adversum me: numquid qui dormit non adjiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo speravi, qui edebat panes meos magnificavit super me supplantationem.

Tu autem, Domine, miserere mei, et resuscita me; et retribuam eis.

In hoc cognovi quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti; et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus, Deus Israel a sæculo, et usque in sæculum. Fiat, fiat.

Requiem æternam.

Ant. Sana, Domine, animam meam: quia peccavi tibi.

Ant. Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam, et apparebo ante faciem Domini?

heart assembled iniquity to itself.

He went forth: and spoke to the same purpose.

All my enemies whispered against me: they thought evils against me.

They have made an unjust decree against me: he that sleeps, shall he not rise again?

For the man of my peace, in whom I hoped; who did eat my bread, has gloried in supplanting me.

But Thou, O Lord, have mercy on me, and raise me up again: and I will repay them.

In this I have known that Thou hast consented to me: because my enemy shall not rejoice over me.

But Thou hast received me, because of my innocence: and Thou hast confirmed me in Thy sight for ever.

Blessed be the Lord God of Israel from eternity to eternity: so be it, so be it.

Grant them eternal rest.

Ant. Heal my soul, O Lord, because I have sinned against Thee.

Ant. My soul has thirsted after the living God: when shall I come and appear before the face of the Lord?

PSALM XLI.

QUEMADMODUM desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus.

EVEN as the hart thirsts after the fountains of waters: so does my soul thirst after Thee, O God.

Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum; quando veniam, et apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, et effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei.

In voce exultationis et confessionis, sonus epulantis.

Quare tristis es, anima mea? et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, et Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est; propterea nemor ero tui de terra Jordanis, et Hermoniim a monte modico.

Abyssus abyssum invocat, in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua, et fluctus tui super me transierunt.

In die mandavit Dominus misericordiam suam, et nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ; dicam Deo: Susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, exprobraverunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

My soul has thirsted after the mighty living God: when shall I come, and appear before the face of God?

My tears have been my bread day and night: whilst it is said to me daily: Where is thy God?

These things I remembered, and have poured out my soul within me: because I shall pass to the place of a wonderful tabernacle, even to the house of God.

In the voice of joyfulness and confession: the sound of one who feasts.

Why art thou sorrowful, my soul: and why dost thou trouble me?

Hope in God, for I will still praise Him: the salvation of my countenance, and my God.

My soul is troubled within myself; therefore I will be mindful of Thee, from the land of Jordan and Hermoniim from the little mountain.

Abyss calls upon abyss in the noise of Thy waterfalls.

All Thy high things and Thy waves have passed over me.

In the day the Lord hath commanded His mercy; and in the night His song.

With me is prayer to the God of my life: I will say to God, Thou art my defender.

Why hast Thou forgotten me, and why go I sorrowful: whilst my enemy afflicts me?

Whilst my bones are broken, my enemies that afflict me have upbraided me.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? Quare tristis es, anima mea? et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, et Deus meus.

Requiem æternam.

Ant. Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam, et apparebo ante faciem Domini?

V. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.

R. Et animas pauperum tuorum ne obliviscaris in finem.

Pater noster, secreto.

The Seventh Lesson. Job xvii.

SPIRITUS meus attenuabitur, dies mei breviantur, et solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi: et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, Domine, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem vertunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi; pater meus es; mater mea, et soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc præstatio mea, et patientiam meam, quis considerat?

R. Peccantem me quotidie, et non me pœnitentem, timor

Whilst they said to me every day: Where is thy God? Why art thou sorrowful, O my soul, and why dost thou trouble me?

Hope in God, for I will still praise Him: the salvation of my countenance, and my God.

Grant them eternal rest.

Ant. My soul has thirsted after the living God: when shall I come and appear before the face of the Lord?

V. Deliver not to beasts the souls that praise Thee.

R. And the souls of Thy poor forget not to the end.

Our Father, in secret.

MY spirits shall be humbled; my days shall be shortened, and the grave only remains for me. I have not sinned, and my eye abides in bitterness. Deliver me, O Lord, and set me beside Thee, and let any man's hand fight against me. My days are passed, my thoughts are dissipated, tormenting my heart. Night they have turned into day, and again after darkness, I hope for light. If I shall expect, hell is my house, and in darkness I have made my bed. I have said to rottenness: Thou art my father; my mother and sister, to the worms. Where then is now my expectation, and who considers my patience?

R. The fear of death troubles me: sinning daily

mortis conturbat me quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus, et salva me.

V. Deus, in nomine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me: quia in inferno, etc.

and not repenting: because in hell there is no redemption, have mercy on me, O God, and save me.

V. O God, in Thy name save me, and in Thy strength deliver me: because in hell, etc.

The Eighth Lesson. Job xix.

PELLI meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum: et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Misere mini mei, misere mini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpan- tur in silice? Scio enim quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum: et rursus circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum salvatorem meum: quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius: rep- o- sita est hæc spes mea in sinu meo.

R. Domine, secundum ac- tum meum noli me judicare: nihil dignum in conspectu tuo egi: ideo deprecor ma- jestatem tuam, ut tu, Deus, deleas iniquitatem meam.

V. Amplius lava me, Do-

MY flesh being consumed, my bone has cleaved to my skin, and there are left only lips about my teeth. Have mercy on me, have mercy on me, at least you, my friends, because the hand of the Lord has touched me. Why do you persecute me as God, and are glutted with my flesh? Who will grant me that my words may be written? Who will grant me that they may be drawn in a book, with an iron pen, and on a plate of lead, or else be graven with steel on a flint stone? For I know that my Redeemer lives, and that in the last day I shall rise out of the earth: and I shall be encompassed again with my skin, and in my flesh I shall see God my Saviour, Whom I myself shall see, and my eyes shall behold, and not another: this my hope is laid up in my bosom.

R. Judge me not, O Lord; according to my deeds, for I have done nothing worthy in Thy sight: therefore I be- seech Thy majesty, that Thou, O God, mayest blot out my iniquity.

V. Wash me, O Lord, yet

mine, ab injustitia mea: et a delicto meo munda me. Ut tu, Deus, etc.

more from my injustice, and cleanse me from my sin. That, etc.

The Ninth Lesson. Job x.

QUARE de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum; antequam vadam, et non revertar, ad terram tenebrosam, et operam mortis caligine: terram miseriæ et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

R. Libera me, Domine, de viis inferni, qui portas æreas confregisti; et visitasti infernum, et dedisti eis lumen, ut viderent te qui erant in pœnis tenebrarum.

V. Clamantes et dicentes: Advenisti Redemptor noster. Qui erant, etc.

V. Requiem æternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis. Qui erant, etc.

WHY didst Thou bring me forth out of the womb? O would to God I had been consumed, that eye might not see me. I had been as if I were not, translated from the womb to the grave. Shall not the fewness of my days be shortly ended? Suffer me then, that I may a little lament my sorrow; before I go, and return not, unto the dark land, that is covered with the mist of death, a land of misery and darkness, where the shadow of death, and no order, but everlasting horror, inhabits.

R. Deliver me, O Lord, from the ways of hell, Who hast broken the brazen gates, and hast visited hell, and hast given light to them, that they might behold Thee Who were in the pains of darkness.

V. Crying, and saying: Thou art come, O Our Redeemer. Who were, etc.

V. Grant them eternal rest, O Lord, and let perpetual light shine on them. Who were, etc.

The above is usually said. But the following Responsory is said on All Souls' Day, and when the three Nocturns are said.

R. **L**IBERA me, Domine, de morte æterna, in die illa tremenda, quando cœli movendi sunt et

R. **D**ELIVER me, O Lord, from eternal death, in that dreadful day, when the heavens and

terra: dum veneris judicare
sæculum per ignem.

V. Tremens factus sum
ego, et timeo, dum discussio
venerit atque ventura ira.
Quando cœli movendi sunt
et terra.

V. Dies illa, dies iræ,
calamitatis et miseriæ, dies
magna et amara valde.
Dum veneris judicare sæcu-
lum per ignem.

V. Requiem æternam dona
eis, Domine, et lux perpetua
luceat eis.

R. Libera me, Domine,
de morte æterna, in die illa
tremenda, quando cœli mo-
vendi sunt et terra, dum ve-
neris judicare sæculum per
ignem.

earth are to be moved, when
Thou shalt come to judge
the world by fire.

V. I tremble and do
fear, while I reflect on the
examination and wrath of
that day, when the heavens
and the earth are to be
moved.

V. That day is the day of
anger, of calamity, and of
misery, a great day, and very
bitter. When Thou shalt
come to judge the world by
fire.

V. Grant them eternal
rest, O Lord, and let per-
petual light shine on them.

R. Deliver me, O Lord,
from eternal death, in that
dreadful day, when the
heavens and earth are to be
moved, when Thou, etc.

AT LAUDS.

Ant. Exultabunt Domino
ossa humiliata.

Ant. The humbled bones
shall rejoice in the Lord.

PSALM L.

MISERERE mei, Deus,
secundum magnam
misericordiam tuam.

Et secundum multitudi-
nem miserationum tuarum,
dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniqui-
tate mea, et a peccato meo
munda me.

Quoniam iniquitatem me-
am ego cognosco, et pec-
catum meum contra me est
semper.

Tibi soli peccavi, et ma-

HAVE mercy on me, O
God; according to
Thy great mercy.

And according to the mul-
titude of Thy tender mercies
blot out my iniquities.

Wash me yet more from
my iniquity, and cleanse me
from my sin.

Because I know my ini-
quity: and my sin is always
against me.

To Thee only have I

lum coram te feci; ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dixisti; incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor; lavabis me, et super nivem dealabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiã, et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiã salutaris tui, et spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas; et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ, et exultabit lingua mea justitiã tuam.

Domine, labia mea aperies; et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses, sa-

sinned, and have done evil before Thee; that Thou mayest be justified in Thy words, and overcome when Thou art judged.

For behold I was conceived in iniquities: and in sins my mother conceived me.

For behold Thou hast loved truth: the uncertain and hidden things of Thy wisdom Thou hast manifested to me.

Thou wilt sprinkle me with hyssop, and I shall be cleansed: Thou shalt wash me, and I shall be made whiter than snow.

To my hearing Thou wilt give joy and gladness: and the humbled bones shall rejoice.

Turn away Thy face from my sins: and blot out all my iniquities.

Create a clean heart in me, O God: and renew a right spirit within my bowels.

Cast me not away from Thy face: and take not away Thy holy spirit from me.

Restore to me the joy of Thy salvation: and confirm me with a perfect spirit.

I will teach Thy ways to the unjust: and the impious shall be converted to Thee.

Deliver me from blood, O God, the God of my salvation: and my tongue shall extol Thy justice.

Lord, Thou wilt open my lips: and my mouth shall declare Thy praise.

Because if Thou wouldst

crificium dedissem utique; holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum, Deus, non despicias.

Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Jerusalem.

Tunc acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocausta; tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem æternam.

Ant. Exultabunt Domino ossa humiliata.

Ant. Exaudi, Domine, orationem meam: ad te omnis caro veniet

have had sacrifice, I had verily given it: with holocausts Thou wilt not be delighted.

An afflicted spirit is a sacrifice to God: a contrite and humble heart, O God: Thou wilt not despise.

Deal favorably, O Lord, in Thy good will with Sion, that the walls of Jerusalem may be built up.

Then wilt Thou accept a sacrifice of justice, oblations, and holocausts; then shall they lay calves on Thy altar.

Grant them eternal rest.

Ant. The humbled bones shall rejoice in the Lord.

Ant. Hear my prayer, O Lord: all flesh shall come to Thee.

PSALM LXIV.

TE decet hymnus, Deus, in Sion, et tibi reddetur votum in Jerusalem.

Exaudi orationem meam; ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt super nos; et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti et assumpsisti; inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ; sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos, Deus, salutaris noster, spes omnium finium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in vir-

A HYMN, O God, becomes Thee in Sion: and a vow shall be rendered to Thee in Jerusalem.

Hear my prayer: all flesh shall come to Thee.

The words of the wicked have prevailed over us; and Thou wilt be propitious to our impieties.

Blessed is he whom Thou hast chosen and taken: he shall dwell in Thy courts.

We shall be filled with the good things of Thy house, holy is Thy temple: wonderful in equity.

Hear us, O God our Saviour: the hope of all the bounds of the earth, and in the sea afar off.

Preparing mountains in

tute tua; accinctus potentia;
qui conturbas profundum
maris, sonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, et
timebunt qui habitant ter-
minos a signis tuis; exitus
matutini, et vespere delec-
tabis.

Visitasti terram, et ine-
briasti eam; multiplicasti
locupletare eam.

Flumen Dei repletum est
aquis, parasti cibum illo-
rum; quoniam ~~ita~~ est præ-
paratio ejus.

Rivos ejus inebria, mul-
tiplica genimina ejus; in
stillidiis ejus lætabitur ger-
minans.

Benedices coronæ anni be-
nignitati tuæ, et campi tui
replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa de-
serti, et exultatione colles
accingentur.

Induti sunt arietes ovium,
et valles abundabunt fru-
mento; clamabunt, etenim
hymnum dicent.

Requiem æternam.

Ant. Exaudi, Domine, ora-
tionem meam: ad te omnis
caro veniet.

Ant. Me suscepit dextera
tua, Domine.

PSALM LXII.

DEUS, Deus meus, ad te
de luce vigilo.

Thy strength, girded with
power: Who troublest the
depth of the sea and the
sound of its waves.

The nations shall be
troubled, and they that
inhabit the borders shall be
afraid of Thy signs: the end
of the morning and evening
Thou shalt delight.

Thou hast visited the
earth, and hast inebriated it:
Thou hast greatly enriched it.

The river of God is replen-
ished with waters, Thou hast
prepared their meat: be-
cause so is the preparation
thereof.

Inebriate its rivers, multi-
ply its fruits: in its drops it
shall rejoice springing.

Thou wilt bless the circle
of the year of Thy goodness:
and Thy fields shall be filled
with plenty.

The beautiful places of the
desert shall be fat, and the
little hills encompassed with
joy.

The rams of the sheep are
clothed, and the valleys shall
abound with corn: they shall
cry out, yes, they shall sing
a hymn.

Grant them eternal rest, O
Lord.

Ant. Hear my prayer, O
Lord: all flesh shall come to
Thee.

Ant. Thy right hand, O
Lord, has received me.

O GOD, my God, to Thee
I watch from the
morning light.

Sitivit in te anima mea; quam multipliciter tibi caro mea!

In terra deserta, et in via, et in aquosa, sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea; et in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea, et labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te. Quia fuisti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo. Adhæsit anima mea post te; me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ; tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex vero lætabitur in Deo; laudabuntur omnes qui jurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

For thee my soul hath thirsted; for thee my flesh, O how many ways!

In a desert land, inaccessible, and without water: so in the holy place have I appeared to Thee, to behold Thy strength and glory.

Because Thy mercy is better than lives: my lips shall praise Thee.

So will I bless Thee in my life: and in Thy name will I lift up my hands.

As with marrow and fatness let my soul be filled: and my mouth shall praise with lips of joyfulness.

If I have been mindful of Thee on my bed, in the morning I will meditate on Thee: because Thou hast been my helper.

And under the cover of Thy wings I will rejoice; my soul has stuck close to Thee: Thy right hand has received me.

But they have sought my soul in vain, they shall enter into the lower parts of the earth: they shall be delivered into the power of the sword, they shall be the portion of foxes.

But the king shall rejoice in God; all shall be praised, that swear by Him: because the mouth of those who speak wicked things is stopped.

PSALM LXVI.

DEUS misereatur nostri, et benedicat nobis; illuminet vultum suum super nos, et misereatur nostri.

MAY God have mercy on us, and bless us: may He make His countenance shine upon us, and have mercy on us.

Ut cognoscamus in terra
viam tuam, in omnibus
gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi,
Deus, confiteantur tibi po-
puli omnes.

Lætentur et exultent gen-
tes, quoniam judicas popu-
los in æquitate, et gentes in
terra dirigis.

Confiteantur tibi populi,
Deus, confiteantur tibi po-
puli omnes; terra dedit fruc-
tum suum.

Benedicat nos Deus, Deus
noster, benedicat nos Deus,
et metuant eum omnes fines
terræ.

Requiem æternam.

Ant. Me suscepit dextera
tua, Domine.

Ant. A porta inferi erue,
Domine, animam meam.

That we may know Thy
way on earth: Thy salvation
in all the nations.

Let people, O God, praise
Thee: let all the people praise
Thee.

Let nations be glad and re-
joice: because Thou judgest
the people with equity, and
directest the nations on the
earth.

Let people, O God, praise
Thee; let all people, O God,
praise Thee: the earth has
yielded its fruit.

May God, Our God, bless
us, may God bless us: and
may all the bounds of the
earth fear Him.

Grant them eternal rest.

Ant. Thy right hand, O
Lord, has received me.

Ant. From the gate of hell
deliver my soul, O Lord.

The Canticle of Ezechias. Isaias xxxviii.

EGO dixi: in dimidio di-
erum meorum vadam
ad portas inferi.

Quæsiui residuum annorum
meorum. Dixi: Non vide-
bo Dominum Deum in terra
viventium.

Non aspiciam hominem
ultra et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est,
et convoluta est a me: quasi
tabernaculum pastorum.

Præcisata est velut a texen-
te vita mea; dum adhuc
ordirer, succidit me; de mane
usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad mane;

I HAVE said: in the
midst of my days I
shall go to the gates of hell.

I have sought the residue
of my years: I have said, I
shall not see the Lord God
in the land of the living.

I shall behold man no
more: and the inhabitant
of my rest.

My generation is taken
away, and is folded up for
me: as the tent of shepherds.

My life is cut off as by a
weaver; whilst I yet began
He cut me off: between
morning and night Thou
wilt make an end of me.

I hoped until the morning:

quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

De mane usque ad vesperam finies me; sicut pullus hirundinis sic clamabo: meditabor ut columba.

Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.

Domine, vim patior, responde pro me; quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

Domine, si sic vivitur, et in talibus vita spiritus mei, corripies me, et vivificabis me; ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam, ut non periret; projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Vivens, vivens ipse confitebitur tibi, sicut et ego hodie; pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine, salvum me fac: et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Requiem æternam.

Ant. A porta inferi erue, Domine, animam meam.

Ant. Omnis spiritus laudet Dominum.

as a lion so has He broken all my bones.

Between morning and evening Thou wilt make an end of me: as a young swallow so will I cry, I will meditate as a dove.

My eyes are weakened: looking up on high.

Lord, I suffer violence, answer for me; what shall I say, or what shall He answer me, whereas Himself has done it?

I will relate to Thee all my years: in the bitterness of my soul.

Lord, if man's life be such, and the life of my spirit in such things, Thou shalt chastise me and enliven me: behold, in peace is my bitterness most bitter.

But Thou hast delivered my soul, that it should not perish: Thou hast cast all my sins behind Thy back.

Because hell shall not praise Thee, neither shall death praise Thee: they that go down into the lake shall not expect Thy truth.

He that lives, he that lives shall praise Thee, as I do this day: the father shall make Thy truth known to the children.

Lord, save me: and we will sing our psalms all the days of our life in the house of the Lord.

Grant them eternal rest.

Ant. From the gate of hell deliver my soul, O Lord.

Ant. Let every spirit praise the Lord.

PSALM CXLVIII.

LAUDATE Dominum, de cœlis; laudate eum in excelsis.

Laudate eum, omnes angeli ejus; laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum, sol et luna; laudate eum, omnes stellæ et lumen.

Laudate eum, cœli cœlorum; et aquæ omnes quæ super cœlos sunt laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi; præceptum posuit, et non præteribit.

Laudate Dominum, de terra: dracones et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus.

Montes et omnes colles; ligna fructifera, et omnes cedri.

Bestiæ, et universa pecora; serpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ et omnes populi, principes et omnes iudices terræ.

Juvenes et virgines, senes cum junioribus, laudent nomen Domini, quia exaltatum est nomen ejus solius.

Confessio ejus super cœ-

PRAISE the Lord from the heavens: praise Him in the highest places.

Praise ye Him all His angels; praise ye Him all His powers.

Praise ye Him sun and moon: praise Him all ye stars and light.

Praise Him ye heavens of heavens; and let all the waters that are above the heavens praise the name of the Lord.

Because He spoke, and they were made; He commanded, and they were created.

He established them for ever, and world without end; He made a precept not to be annulled.

Praise the Lord from the earth; ye dragons and all abysses.

Fire, hail, snow, ice, tempestuous winds; which obey His word.

Mountains and all hills; fruit-bearing trees and all cedars.

Beasts and all cattle; serpents and feathered fowls.

Kings of the earth and all people; princes and all judges of the earth.

Youths and virgins, the old with the young, let them praise the name of the Lord; because His name alone is exalted.

The praise of Him is above heaven and earth: and He

lum et terram; et exaltavit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis ejus: filiis Israel, populo appropinquanti sibi!

has exalted the horn of His people.

A hymn to all His saints: to the children of Israel, a people approaching to Him.

PSALM CXLIX.

QUANTATE Domino canticum novum; laus ejus in ecclesia sanctorum.

Lætetur Israel in eo qui fecit eum, et filii Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro, in tympano et psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est Domino in populo suo, et exaltabit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis.

Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis ejus.

SING to the Lord a new song: let His praise be in the church of His saints.

Let Israel be joyful in Him that made him: and let the children of Sion rejoice in their King.

Let them praise His name in choir: on the timbrel and psalter let them sing to Him.

Because the Lord is well pleased in His people: and He will exalt the meek to salvation.

The saints shall rejoice in glory; they shall rejoice in their resting-places.

The exaltations of God shall be in their mouths; and two-edged swords in their hands.

To execute vengeance on nations: chastisements among the people.

To bind their kings in fetters; and their nobles in iron manacles.

That they may execute on them the judgment that is written; this glory is to all His saints.

PSALM CL.

LAUDATE Dominum in sanctis ejus; laudate eum in firmamento virtutis ejus.

PRAISE the Lord in His holy places: praise Him in the firmament of His power.

Laudate eum in virtutibus ejus; laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ; laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro; laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis; omnis spiritus laudet Dominum.

Requiem æternam.

Ant. Omnis spiritus laudet Dominum.

V. Audivi vocem de cœlo dicentem mihi:

R. Beati mortui qui in Domino moriuntur.

Ant. Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet; et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum.

Praise Him in His powers: praise Him according to His exceeding greatness.

Praise Him in the sound of trumpet; praise Him on the psaltery and harp.

Praise Him on the timbrel and in the choir; praise Him on strings and organs.

Praise Him on well-sounding cymbals, praise on cymbals of joyfulness: let every spirit praise the Lord.

Grant them eternal rest.

Ant. Let every spirit praise the Lord.

V. I heard a voice from heaven saying to me:

R. Blessed are the dead that die in the Lord.

Ant. I am the Resurrection and the Life; he that believes in Me, though he be dead, shall live; and every one that lives, and believes in Me shall never die.

The Canticle of Zachary. Luke i.

BENEDICTUS Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium, qui oderunt nos.

BLESSED be the Lord God of Israel; because He has visited and wrought the redemption of His people.

And He has raised up the horn of salvation to us; in the house of David His servant.

As He spoke by the mouth of His holy prophets: that were from the beginning.

Salvation from our enemies: and from the hand of all that hate us.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi.

In sanctitate et justitia coram ipso omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis; præibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Requiem æternam.

Ant. Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet; et omnis qui vivit, et credit in me, non morietur in æternum.

To work mercy with our fathers; and remember His holy testament.

The oath which He swore to Abraham our father: that He would grant us.

That being delivered from the hand of our enemies; we may serve Him without fear.

In holiness and justice before Him: all our days.

And thou, child, shalt be called the prophet of the Highest: for thou shalt go before the face of the Lord to prepare His ways.

To give the knowledge of salvation to His people; for the remission of their sins.

By the bowels of the mercy of Our God, in which the Orient from on high has visited us.

To enlighten them that sit in darkness and in the shades of death; to direct our feet in the way of peace.

Grant them eternal rest.

Ant. I am the Resurrection and the Life; he that believes in Me, though he be dead, shall live; and every one that lives, and believes in Me shall never die.

The following prayers are said kneeling.

Pater noster, *secreto.*
V. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos a malo.

Our Father, *in secret.*
V. And lead us not into temptation.
R. But deliver us from evil.

PSALM CXXIX.*

DE profundis clamavi ad te, Domine; Domine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est; et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus; speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animas eorum.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OUT of the depths I have cried unto Thee, O Lord: Lord, hear my voice.

Let Thy ears be attentive: to the voice of my petition.

If Thou, O Lord, wilt observe iniquities: Lord, who shall endure it?

For with Thee there is propitiation: and for Thy law I have expected Thee, O Lord.

My soul has relied on His word: my soul has hoped in the Lord.

From the morning watch even until night: let Israel hope in the Lord.

Because with the Lord there is mercy: and with Him plentiful redemption.

And He will redeem Israel from all his iniquities.

Grant them eternal rest.

V. From the gate of hell.

R. Deliver their souls, O Lord.

V. May they rest in peace.

R. Amen.

V. O Lord, hear my prayer.

R. And let my cry come to Thee.

V. The Lord be with you.

R. And with thy spirit.

The Prayer is recited as at the end of the Vespers according to the rank, degree, or sex of the person for the repose of whose soul the Office has been said or sung.

* It is omitted on the 2d of November, and on the day of Death or Burial.